







E. H. num. 36.

12

1767

DISSERTATIO JURIS ECCLESIASTICI  
DE EO,

QVOD JUSTUM EST CIRCA  
LEGATA AD PIAS CAUSAS

1767  
P. 278

QVAM  
SUB PRAESIDIO  
VIRI GENEROSISSIMI ATQVE CONSULTISSIMI  
DOMINI

SIEGFRIED CÆSO AB ÆMINGA,

J. U. D. ET P. REG. CONSIST. DIRECT.


FAC. JUR. SENIORIS, H. A. DECANI ET P. T. RECTORIS  
ACAD. MAGNIFICI.

DIE XXV JUN. MDCCLXVII  
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTET

C. F. R. STAUDE

AUCTOR.



GRYPHISWALDIÆ  
TYPIS A. F. RÖSE  
REG. ACAD. TYPOGR.





DEUTSCHES RECHT

UND VERFAHREN

DES SAARLANDES

VON DR. J. C. H. W. ...

... VERLESEN ...

STRECKEN ...

... VERFAHREN ...

... VERFAHREN ...

... VERFAHREN ...

... VERFAHREN ...

... VERFAHREN ...

... VERFAHREN ...

... VERFAHREN ...

... VERFAHREN ...

... VERFAHREN ...





PATRIBUS

REIPUBLICAE SUNDENSIS CONSCRIPTIS

VIRIS

ET GENERIS ET VIRTUTUM, ERUDITIONIS, MERITO-  
RUMQUE SPLENDORE MAXIME CONSPICUIS,  
GRAVISSIMIS, PIE COLENDIS

DNN. CONSILIARIIS PROVINCIALIBUS  
REGIIS.

DNN. CONSULIBUS.

DN. SYNDICO.

DNN. CAMERARIIS.

DNN. SENATORIBUS.



MAECENATIBUS  
PATRONIS ATQVE FAUTORIBUS, GENEROSISSIMIS,  
AMPLISSIMIS, HONORATISSIMIS,  
AD CINERES USQVE DEVENERANDIS. POTISSIMUM  
DNN. STAUDIANI STIPENDII  
CURATORIBUS

SUMMA OBSERVANTIA AETERNUM COLENDIS

VIRIS  
GENEROSISSIMIS, MAXIME REVERENDIS, PRAECEL-  
LENTISSIMIS, AMPLISSIMIS,

DOMINO  
CHRISTIANO EHRENFRIED  
A CHARISIEN

REGIO PROVINCIAE HUIUS CONSILIARIO ET CIVITATIS  
SUNDENSIS CONSULI.

DOMINO  
BRANDANO GEBHARDI,

S. S. THEOL. DOCT. MINISTERII SUNDENSIS SUPERINTENDENTI,  
GYMNASII PROFESSORI, ET AD AEDUM S. MARIAE PASTORI,

DOMINO  
JOHANNI ALBERTO  
DINNIES

CIVITATIS SUNDENSIS CAMERARIO



DOMINO  
MAG. EHRENF. CHRISTIANO COLBERG

AD AED. S. JACOBI DIACONO.

DOMINO  
MAG. CHRISTOPH. ANDREÆ BÜTTNER

GYMNASII SUNDENSIS RECTORI,

DOMINO  
J. H. BENTZIEN  
COLLEGIO SENIORIM CIVITATIS ADSRIPTO.

DOMINO  
JOH. SCHLICHTKRULL  
CAUSARUM PATRONO

SALUTEM ET OBSEQVIA.

**Q**uamtuM VOBIS, CURATORES GRATIOSISSIMI, BENIG-  
NISSIMI, jam inde a teneris debeam, si verbis aut en-  
comiis efferre digne possim, meam dicendi tenuita-  
tem hac saltem vice mihi satisfecisse putarem. Jam vero spera-  
re id vetant VESTRA in me merita, quorum vix ac ne vix qui-  
dem numerum inire, nedum magnitudinem oratione adsequi  
valeo. Gratissimi tamen pectoris necessitate, non minus  
quam ipsius Testamenti Tabulis coactus, specimen hocce ad  
aream



arcam VESTRAE benevolentiae deferre volui, quod, quaecun-  
que id demum sit, VESTRIS certe folis erga me perpetuisque  
curis & opportunitatem suam debet & scribendi materiem. Ec-  
quod enim aliud argumentum suboriri potuit juveni, unum  
hoc die noctuque cogitanti, quemadmodum tantis dignum se  
praestaret favoris documentis, quam id praecipue ipsum, *quod*  
*justum esset circa Legata ad pias causas*, cujus quidem numeros  
vos omnes ac singuli adeo implevistis, ut nemo rei illius scri-  
ptor in meliora officii hujusmodi exempla intueri unquam po-  
tuerit. Suscipite igitur, CURATORES OPTIMI, ea, qua soletis,  
benevolentia ingenuum VOBIS placendi h. e. de me ipso & Re-  
publica bene olim merendi conatum, utpote quae intellexi esse  
conjunctissima, atque adeo me meamque fortunam exoptabili  
benignitatis VESTRAE aura, oro rogoque, prosequamini,

MAGNORUM NOMINUM VESTRORUM

Cultor perpetuus  
C. F. R. STAUDE.





PRAENOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO  
DOMINO AVCTORI ET RESPONDENTI

C. F. R. STAUDE

S. ET O.

PRAESES.

**M**emor beneficii Staudiani, quo frueris, munificen-  
tissimis Dominis Curatoribus publicum exhibere specimen animus Tibi est, quo legibus illius non modo obsequentem, sed gratum etiam eodemque non indignum Te alumnum commonstrare possis, postquam nempe annos studiis academicis destinatos laudabiliter jam exegisti. Dissertationem igitur Academicam, hunc ad finem maxime accommodatam *de eo quod justum sit circa legata ad pias causas*, & meo sub moderamine habendam ipse conscripsisti, cui dum praeterea Testamentum ipsum, sane perquam pium ac prudens, inserere, atque perenni memoriae tradere voluisti, optima conscientia plenus, publice simul spem fecisti, nihil eorum, quae in eo ab alumno requirantur, omnino esse a Te praetermissum. Neque dubium est, quin Tu, egregio praeditus ingenio & probata in his literis industria commendabilis, dissertationem hanc dexterrime etiam sis defensorus, praesertim cum tota proprio Marte a Te elaborata  
omnem





omnem cogitationum suarum seriem Tibi uni debeat, ne  
verbo quidem a me immutatam. Etenim nihil quic-  
quam eidem vel addere vel detrachere volui, quo ve-  
rum atque illibatum extaret diligentiae Tuæ ac virum  
documentum, simulque ut imperfectioni operis, quod  
primum est ingenii experimentum, eo justius ignoscere-  
tur, id quod hisce publice nunc testari & volui & debui.

Tibi autem, Prænobilissime Doctissimeque Domine  
Auctor, Amice æstumatissime, de præsentis eruditionis  
specimine eo magis gratulor, quo certius ex singulari  
Tuo ad virtutem impetu, & ex hoc etiam ipso laudabili  
auspicio de futura Tua doctrina atque adeo de republica  
bene merendi solertia conjicere licet, quibus ut Supre-  
mum Numen incrementum quotidie addat, ac felicita-  
tem, quibus possum, ardentissimis votis opto ac

precor.

DISSER-





DISSERTATIO  
DE EO,  
QVOD JUSTUM EST CIRCA LEGATA AD  
PIAS CAUSAS.

---

§. 1.

**S**ub nomine *piae causæ* comprehenduntur illa bona, quæ ex reverentia Divini numinis & Christiana dilectione in gloriam & cultum Dei externum ac usus egentium, ordinis præcipue clericorum, a populo & imperantibus pia intentione collata aut destinata fuerunt. Vid. RECHENBERG in Diff. de eo, quod in piis causis impium est. Sect. I. §. 2. Hinc sub nomine piarum causarum possunt venire omnes res sacræ, sanctæ & religiosæ.

§. 2.

*Legatum ad pias causas* ergo est illa ultimæ voluntatis justa declaratio, qua omne illud, quod ex causa pietatis veræ vel putativæ relictum, donatum vel destinatum est, comprehenditur Respicitur itaque in legatis ad pias causas magis ad id, quod  
A vulgo





vulgo habetur pro pia causa, licet dispositio ipsa quandoque non sit pia. BOEHMERI *Introd. in Jus Dig.* L. XXIX. T. I. §. 25. Idem in *diff. de privilegiis legatorum piorum genuinis & spuris* Cap. I. §. 2. quam quod vere pium est.

§. 3.

Quum in dijudicanda alicujus rei aut actionis justitia injustitiave circumstantiæ morales secundum Legis normam examinandæ sunt, antequam quid justii vel injustii nomine veniat, id merito in piis causis non negligendum esse, statuimus.

§. 4.

Dispositio, quæ piæ causas concernit, tunc demum piæ & justæ appellanda est, si legans, observatis Divini & Naturalis Juris regulis, piæ sub intentione ad promovendam Ecclesiæ ac Reipublicæ utilitatem quid donat, vel legat: E contra impium ac injustum Legatum ad piæ causas conditum adductis modo regulis inconueniens, repugnans esse, quis est, quem fugiat.

§. 5.

Cum porro justitia, ut in oris omnium est, sit vel subjectiva vel objectiva, nec alterutram sicco pede in Legatis ad piæ causas ut transeamus, licebit. Legatum ad piæ causas objectivè justum est, si re ipsa verum Ecclesiæ pariter ac Reipublicæ commodum versatur circa Legatum. Subjectivè justum erit Legatum ad piæ causas, si vera utilitas Ecclesiæ & Reipublicæ in piæ intentione legantis fuit. Oppositæ notiones per se patent. Sic v. c. character distinctivus legati ad piæ causas subjectivè injusti erit, superstitionis legantis. Factum vero in redemptionem animæ defuncti institutum legati ad piæ causas objectivè injusti notionem exhibet.

§. 6.

Ex principiis Religionis Christianæ, quam profitentur Catholici atque Evangelici, diversis, differentia piarum causarum quam maxima oritur, quarum nonnullas & hic notatu digniores ne prætereamus, proficuum esse censemus.

§. 7.



## §. 7.

Genera piarum causarum, quarum fere in numeras species Tiraquellus de privilegio pie causæ in præf. recenset, ad quatuor classes Pontificii illorumque Canonistæ revocant. Ad 1am classem referunt, quicquid in usus pauperum disponitur ultimis in voluntatibus. Ad 2dam, quæ pro anima. Ad 3tiam, quæ intuitu Religionis & ad 4tam, quæ ob utilitatem publicam ut impendantur, defunctus apud se constituit. BOEHM. *all. diff. l. cit.* Idem in *Jur. Eccles. Tom. II. L. III. T. XXVI. §. XII.*

## §. 8.

Ad 1am classem piarum causarum referuntur Ecclesiæ, quippe cujus bona olim bona pauperum dicebantur. Quod vero attinet dispositiones ultimarum voluntatum in favorem ecclesiæ factas, earumque justitiam vel injustitiam, dicendum est in genere, in illa concurrere vel Principes seculares vel privatæ fortis homines, vel ipse Clerus Romanus.

## §. 9.

Superstitio & opinio meriti a IV. Sæculo præcipue Romanos Imperatores ut bona totaque regna Ecclesiæ offerrent, incitavit. Hisce igitur falsis principiis adducti morientes principes plerumque in ultimæ voluntatis dispositione clericis plurima legarunt, quo ardentioribus Deum precibus pro redemptione ex purgatorio, quod jam ante constitutum fuerat, adirent. Natum inde proverbium: *nisi purgatorium fuisset incensum, clericorum culinæ non fumassent.* HILDEBRAND. *assertorium pro defunctis pag. 51. in fin. Illustris Dnus de BALTHASAR Anmerkungen über die Pom. Kirch. Ordn. P. I. p. 236. ad verb. Testamentum.* Accedit ratio principum politica, qua, si Clericis feuda concederent, Laicos rebellantes posse excommunicationis auctoritate melius compesci, credidere. Ut taceamus Caroli M. Ludovici pii & Ottonis M. donationes lautissimas & illustre exemplum Meimverci Episcopi Paderbornensis ab auctore vitæ ejus descriptum. Ex historia Anglicana idem ferme exemplum suppeditare permisum nobis sit sub Johanne, qui Regnum Angliæ & Hiberniæ cum pensione annua 2000 librarum, ar-

A 2 genti





genti Innocentio III. Papæ obtulit, ut eundem contra magnates, qui Ludovicum Gallix principem in auxilium vocaverant, strenue defenderet. RECHENBERG *all. diff.* §. 7. & 8.

## §. 10.

Recensitis sic rationibus, quæ Principes ad tot tantasque donationes sibi met ipsis hercle non proficuas, sed potius ad stabilendam Hierarchiam Papalem media in Germania maxime inservientes, compulerunt, videndum secundo loco erit, quibus rationibus privatæ fortis homines in distribuendis suis facultatibus & diminuendo patrimonio, heredibus ab intestato naturali jure debente, usi fuere. Partim *avaritia*, partim *vanum gloriolæ studium* Legatis ad pias causas ansam dedere. Cum enim, ut loquamur cum Dn. RECHENBERGIO in *cit. diff.* §. IX. *Sect. I.*, ita avarorum comparata sit natura, ut nihil magis illos affligat, quam si immensam divitiarum molem Herculeis quasi laboribus vigillisque acquisitam prodigis successoribus relinquere cogantur, atque tali ratione dilapidationi portas fenestrasque aperiant, nulla meliori ratione huic malo præcavendum esse putant, quam si bona ad pias causas legata etiam post funera intacta inviolata atque illibata conservarent. Ambitione incitati & nostris in diebus post mortem, ut falso opinantur magnam opum partem ad pios usus legant, ut stipendiarii præcones in orationibus funebribus seu annuis proprias quasi laudes decantent.

## §. 11.

Ex parte Cleri Romani quot sunt inventæ causæ, quæ æque privatos ac principes ad donationes Ecclesiæ piisque causis relinquendas commoverunt, historia mediæ ævi fufius docet, de qua *Illustris PUFFENDORFIUS in Tractatu de Monarchia Pontificis Romani* §. 17. & 33. *juxta RECHENB. in all. diff.* §. X. Certe hic optimo jure inventum Pontificum Romanorum potest referri, nimirum furiosa seu famosa expeditio cruciata, qua mediante Romanæ Ecclesiæ Episcopi summi tot regalia sibi nullo jure competentia, occuparunt, Principesque seculares illorum præstigiis persuasi cum tot mille armatis in detrimentum Terrarum





rarum ac summam ditionum suarum perniciem in Terram sanctam, in fidelibus eripiendam, sub colore Religionis abiere. vid. *Le grand Dictionnaire Historique par Mr. LOUIS MORERY*: „Entre autre, dit il, que le Chef de la Chevalerie croissante s'attribuoit la gloire du premier Article, que nul n'y put être reçu, ni porter cet Ordre, s'il n'étoit Duc, Prince, Marquis, Comte, Vicomte, ou issu d'ancienne Chevalerie & Gentilhomme, de ses quatre lignées & que sa personne fut sans vilains cas de reproche.“ Ad alteram causam, quam piæ causæ tribuunt, refert RECHENB. *l. cit.* quod scilicet post Christum natum seculo tertio non solum Principes sed etiam privati in suis fundis templa ædificare coeperint, quæ extracta magnificis dotibus ut exornarent, Clerus Romanus sub privilegio patronatus omnem navavit operam.

## §. 12.

Similiter in injustitiæ notam incurrit Legatum ad piæ causæ Monasterio cuidam relictum. Monachi enim existimationem sanctioris vitæ affectantes, vulgi ac Principum favorem sibi conciliabant. Quo factò tam inter vivos quam mortis causa donationibus inopiam eorum sublevabant. Ast, quæ ex hac liberalitate Principum aliorumque fluebant, non in dominum singulorum, sed in universi ordinis emolumentum cadebant. Qui vero, majora acquirere annisi, cupiditate immodica ducti, arte ac marte rei oeconomicæ magis quam Religioni ac pietati prospexerunt. Quibus ergo artibus ad detorquendam laicis pecuniam, pietatis nomine excogitatis Monachi nihil aliud in votis habent, quam medium se conservandi, & victum amictumque inde habendi: pro hoc oratur more præscripto, & secundum formulam determinatam, pro hoc Legibus monasticis subduntur colla, verus finis nec attenditur nec desideratur & tamen etiam indistincte quælibet bona, quæ his otiosis inserviunt, dicuntur a Catholicis piæ causæ. BOEHM *all. diff. Cap. I. §. VI.* RECHENBERG. *cit. diff. Sect. II. §. 7. 2.* Bellam sane piæ causam! En seminaria pietatis monasteria, scholasque christianarum virtutum. Quid ergo invento in Indulgentiarum nundinatione diutius immorari juvabit?



## §. 13.

Reiecta ac ponderata sic sententia Catholicorum, quam in materia de Legatis ad pios usus strenue defendunt, Evangelici saniori consilio huc referunt juxta doctrinam BOEHMERI in *all. Diss. Cap. I. §. 4. Hospitalia*, quæ in curam pauperum ac indigentium, condita sunt. L. 23. de S. S. eccles. horum varias species recenset. Utpote

- a) Xenodochia s. peregrinorum hospitia.
- b) Prochotropheia, pauperum receptacula.
- c) Orphanotropheia, orphanorum & orborum solatia.
- d) Brephotropheia, infantum educationi inservientia. Quo pertinent etiam receptacula infantum expositorum Germ. *Findel-Häuser*.
- e) Gerontocomia, senum requies & asylum.
- f) Ergasteria, disciplinæ publicæ scholæ & sceleratorum, qui in republica quietem publicamque pacem turbant, purgatoria.
- g) Nosocomia, viduarum claustra vel sustentacula, *Wittwen-Häuser* oder *Wittwen-Kasten*.
- h) Valetudinariorum, ægotantium, vel morbo animi laborantium, hospitia publica, *Invaliden, Kranken, und Toll-Häuser*.

## §. 14.

Hospitalia jure ac privilegio piarum causarum fruuntur. Legata alimentorum in usus pauperum & eleemosynæ in sustentationem egenorum per sacculum sonantem collectæ vulgo *die Armen-Gelder*, ut & illa, quæ legantur ob publicam utilitatem, ad constructionem & reparationem pontium, viarum, murorum, aliorumque operum publicorum defensionem reipublicæ inservientium, quorum nempe utilitas in tot hominum securitatem redundat, huc recte pertinent.

## §. 15.

Denique ad classem piarum causarum omni jure referuntur legata, *scholis, Academicis, studiisque* destinata. Ut ut enim scholæ & Academiæ sunt feminaria Reipublicæ & ad utilitatem publicam



blicam respiciunt, Legata pia s. *stipendia* studiorum causa relicta ut media ad hunc finem ducentia non sunt vilipendenda, sed quando in debitum usum adhibentur, multum ad Religionis ac Reipublicæ salutis promotionem facere possunt. Facili negotio itaque huc referri possunt *Legata ad Stipendia.* BOEHM. *all. Diff. Cap. I. §. 6.*

## §. 16.

*Stipendium* autem nihil aliud est, quam beneficium, quod *Studio* confertur, ut ex eo ad *Ecclesie* & *Reipublicæ* emolumentum honeste sustententur. Beneficium est, tum quod accipientis conditionem reddit meliorem, tum quod ex mera conferentis liberalitate proficiscatur. FRID. GERDESIUS in *diff. de Stipendiis militum togatorum eorumque juribus* Cap. 2. §. 1. Ad illud hinc conferendum verbi Divini ministri in *Ord. Eccl. Pom. Tit. von den Armen-Kasten §. 6. ibi:* Also schölen de Prediger vom Predigstole sitig vermahnen, dat en jeder vor synem Ende de Kerke de Liberey und de Armen bedencke, dat se Testament machen &c. per modum admonitionis e suggestu jubentur. Idem est repetitum in *Statut. Synod. Pom. Cap. II. §. XXVII.* sub illa tamen cautione: ne Pastores intempestive id faciant, quando infirmitatis iudicio deficere incipiant, vel gravi aliqua tentatione, aut vehementiori morbo, cum vitæ periculo conflictantur. Deinde hic nihil importune aut imperiose fiat, cetera vid. *Ill. Dnus de BALTHASAR Anmerkungen über die Pom. Kirch. Ordn. pag. 837. Tom. I.*

## §. 17.

Dividuntur stipendia 1) *ratione causæ efficientis s. fundatorum,* in fürstliche, gräfliche, adeliche. 2) in publica & privata. Illa ex ærario principis, vel sacro, uti in *Ord. nostra Eccl. p. 6. tit. von dem Schatzkasten,* quod pecunia in eo recondatur, vocatur, a provisoribus ejusdem quotannis solvuntur d. *Ord. Eccl. tit. von Beneficien und Lehnen, §. 3. verb. „Schölen die Vorstehender derselbigen die præsentirenden Personen dat Stipendium, so lange deselbe studeret, entrichten.“* Hæc a privatis erogantur. 3) *In maiora, ratione quantitatis, media, minima.* 4) *In theologica,*



gica, quæ studiosis theologiæ, *juridica*, quæ juri operam dantibus, *medica*, quæ medicinæ, *philosophica*, quæ philosophiæ deditis conferuntur. 5) In *libera*, & ad *certas familias restricta*, & hæc iterum *generalia* sunt vel *specialia*. Illa dicuntur, quæ omnibus personis, qui sunt in familia, relinquuntur. Hæc quæ ad certas, & specificè nominatas personas, quas non egrediuntur, restringuntur. *Arg. L. 38. §. 5. ff. de Leg. 3. 6.* 6) In *mensura*, *annua*, vel ad *plures annos constituta*. 7) tandem in *pura* & *conditionata*. Illa simpliciter, hæc sub certa conditione conceduntur. Vid. *Ord. Eccl. Pomer. Von Studenten und Stipendiaten. §. Se schalen och de ersten Jahre studeren in der Universitæt in unserem Lande. GERDES. all. Diff. §. 7.*

## §. 18.

Causa efficiens Stipendorum, & quidem, proxima est consensus & voluntas eorum, a quibus constituuntur. Constituire autem stipendia possunt omnes, qui domini sunt & liberam rerum administrationem habent. Stipendii enim collatio est alienatio, quæ dominium transfert in accipientem. Cum autem nemini alienandi competit facultas, nisi, qui liberam rerum administrationem habet, consequens est, non alium, quam, qui talem habet, stipendia constituendi jus & potestatem habere.

## §. 19.

Quilibet igitur privatus de bonis suis propriis sub limitatione (*§. præc. facta*) recte constituit stipendia. Nec interest, laicus sit, an clericus. Nec admittenda distinctio quorundam est, dicentium: Clericum ante susceptum sacerdotium pro lubitu posse de bonis propriis ac hæreditariis disponere; post sacerdotium vero susceptum de bonis contemplatione ecclesiæ acquisitis disponendi, nisi consensu Papæ, non habere arbitrium. *Nov. 43. C. 13. C. 1. 7. 9. X. de testam. Rittershus. in nov. P. I. C. 7. n. 43.* Verum enim vero quilibet est moderator ac arbiter rerum suarum, idque intuitu pleni dominii. Immo & pontifex in *C. 12. X. de testam.* diserte ait: *Licet autem mobilia per ecclesiam acquisita de jure in alios pro morientis arbitrio transferri non possint,*



possint, consuetudinis tamen non est improbanda, ut de his pauperibus  
 Et religiosi locis, Et illis, qui viventi servierunt, juxta servitii meri-  
 tum conferantur. Approbat Ordinatio nostra Ecclesiastica illas col-  
 lationes stipendorum, & insuper adjicit illi conditiones, qui-  
 bus stipendia percipientes obligantur, cum ad pinguiores per-  
 venerint fortunam, a majoribus constituta stipendia augere.  
 P. VI. tit. Von Beneficien und Lehnen §. Wo ock an etlichen etc.  
 und dat dejenigen, so deselven tho Bollendinge und Fortsettinge eh-  
 rer Studien genaten, tho Dankbarkeit, wenn en de Allmachtige  
 gehalten, de Hovetsumme womit schelden veruehren.

§. 20.

Nec refert, paterfamilias sit, an filius familias. Licet hic  
 alioquin sine consensu patris non habeat facultatem alienandi,  
 vel testamentum faciendi, pr. T. quib. non est perm. fac. test. L. 6.  
 pr. D. eod. non opus tamen habet consensu patris, & recte sti-  
 pendia constituit tam ex bonis castrensibus, & quasi castrensi-  
 bus, quam adventitiis, & quidem, non solum inter vivos,  
 sed, etiam ultima voluntate. C. 4. de sepult. in 6. L. fin. §. 5. C.  
 de bon. que lib. Inhumanum enim foret, morientibus non per-  
 mitti, quod vivis est permiffum. Tot. Tit. 3. de Leg. Fus. can.  
 toll. Si semel pater consenserit, in stipendii collationem, postea  
 dissentire nequit, cum, quod semel placuit, amplius displicere  
 nequeat. CARPZ. Jurispr. Conf. L. 1. def. 59. n. 12. An mulier  
 recte stipendia constituat, quæritur? Obstare videtur Jus Lu-  
 becense, Art. 4. tit. 9. Art. 1. tit. 10. lib. 1. Et Art. 14. tit. 1. lib. 2.  
 quia nihil donare potest, sine mariti & cognatorum consensu,  
 liberis tamen legitimam salvam deberi putaremus. L. 32. Cod. de  
 inoff. test. STRYCK. de cautelis testament. cap. 17. membr. 2. §. 7.

§. 21.

Materia stipendorum duplex est, vel objectiva vel subje-  
 ctiva. Materia subjectiva sunt personæ, quibus stipendia con-  
 ferri debent & possunt.

§. 22.

Stipendia æquali jure in favorem artium liberalium, quam  
 illiberalium conferuntur, quanquam prius frequentius sit.

B

Per-



Personarum, quæ stipendiorum capaces sunt, nullum igitur discrimen est, sint masculi vel foeminae. Eti enim foeminae ab omnibus ecclesiasticis officiis & civilibus sint remotæ, nec ullum in ecclesia aut republica munus obire possint, *L. 2. ff. de R. J.* sicque in his finis stipendiorum cessare videtur, est tamen res pia & Deo gratissima procurare, ut puellæ in fundamentis fidei & Catechismo recte informentur. Inde ad curam magistratus politici spectat, cum consensu Superintendentis loci seu Generalis Superintendentis in terris Pomeraniæ Svecicæ, cui Generalis Inspectio in scholas demandata est, triviales scholas instituere, in quibus puellæ legere ac scribere discant. *Conf. Ord. Eccl. Pom. Von Jungfrauen Scholen* verbis: In groten Ståten scholen Jungfrauen Scholen sien, und schall de Rath mit dem Pastore bestellen. Ita non minus eidem incumbit, de necessariis alimentis illis discentibus prospicere iisdemque certa stipendia ex ærario sacro vel aliunde conferre Sedini in Collegio, quod vocatur *das Jageteufelsche Collegium*, quod ab auctore OTTONE JAGETEUFEL AN. 1412. institutum, ita dicatur, Octodecim pueri gratis sustentantur, & in artibus liberalibus informantur.

## §. 23.

Non tamen indistincte omnibus studiosis, sed iis tantum, qui pietati, veræque religioni sunt addicti, & optimo ingenio callent, stipendia sunt conferenda. Ingeniorum qualitas accurate exploranda est, *vid. CARPZ. Jurispr. Confst. Lib. 2. tit. 25. def. 409. n. v. sqq.* Eam ob causam in *Ord. Eccl. patr. nostræ p. 6. tit. Von Studenten Stipendiaten in Ståten* admodum saluberrime est sancitum, daß sie vom Superintendenten nach geschæhnem Examine durch sein Testimonium comprobiret, der Superintendentens auch, in Mittheilung des Testimonii, sich unpartheyisch verhalten soll. Nec minus morum habenda est ratio, de his enim exigua profectuum spes concipi potest, qui moribus sunt agrestibus, & vitiis atque ferocia delectantur.

## §. 24.

Originarii præferendi sunt extraneis seu peregrinis. Cum omnes dispositiones intelligi debeant secundum charitatem & affe-



affectionem, quam disponentes erga personas habuerunt, illudque indubio pro disposito & expresso habetur, de quo, si disponentes interrogati vero similiter responduri fuissent: ideo, si plures indigenæ concurrunt, præfertur is, qui fundatori sanguine junctus est, ex præsumta fundatoris voluntate, se magis cognatis, & amicis, quam extraneis benefacere voluisse. GERDES. *in all. Diff. c. 4. §. 25.*

## §. 25.

Materia objectiva est pecunia numerata, vel alimentatio, quæ cibationem, ac habitationem in se comprehendit. Quæ, si sunt determinata, standum erit voluntati fundatoris, si vero indeterminata, arbitrio Magistratus omnino parendum est, qui pro conditione & statu cujuscunque beneficiarii quantum determinat.

## §. 26.

Stipendia vel ultima voluntate constituuntur vel actibus inter vivos. Quoad ultimæ voluntatis declarationem nulla solennitas adhibetur, sed sola voluntas defuncti sufficit, quomodocunque de illa constet. Doctores magni quidem nominis huic propositioni contradicere videntur, dicentes, quod ne piæ quidem causæ gratia ultima voluntas valere debeat, nisi duo testes adhibiti fuerint. CARPZ. *p. 3. C. 4. Def. 33. 40. n. 12.* CARPZOVIO adstipulatur MEV. *Com. Jur. Lub. 2. Tit. 1. Art. 2. n. 50.* Sententiam vero mutavit. *p. 7. det. 5. n. 4.* Nulli igitur dubitamus, solam scripturam indubitata[m] sufficientem esse declarationem voluntatis testatoris, qua Legata ad stipendia post mortem impertiri possit. Autoritate BRUNNEMANNI suffulti nostra sententia non minori CARPZOVII splendore corruscat. *Consilio enim us. n. 30.* ita pergit: *Scriptum defuncti sufficit ad probandam ultimam defuncti voluntatem, licet nulli testes adsint, licet etiam a defuncto non sit subscripta, sed ipse manu scripta.* Nec aliter de *Jure Lubecensi* sentiendum videtur, juxta *art. XIII. P. II. T. I.*





## §. 27.

Constituuntur porro stipendia Codicillis & mortis causa donatione. Ad hujus vero perfectionem acceptatione a parte beneficiarii seu Stipendiati, non opus esse, existimamus, secundum *L. 15. C. de S. S. eccles.* quippe, donatum dicitur validum, etiam si nemo nomine ecclesie illud acceptaverit. Non minor autem pauperum, quam ecclesie potest esse favor, cum bona pauperum pro æqualibus habeantur cum bonis ecclesie. *C. fin. 16. qu. 8. CARPZ. L. 4. resp. 62. n. 14. GERDES. cit. diff. C. V. §. 30.*

## §. 28.

Circa constitutionem stipendiorum varia adjici solent, nimirum verba directa, precaria, dies, conditio, demonstratio, modus, & causa. Minime autem valet Legatum sub conditione mutatae religionis relictum. Conditio namque talis pro non adjecta, libertati conscientiae contraria habetur, siquidem Legatum fideique commissum pure deberi constat *ex arg. L. 104. §. 1. l. 40. §. 9. de leg. 1. L. 3. l. 6. L. 10. L. 14. l. 20. ff. de condit. instit.* Idem affirmat quoque *CARPZ. Decis. 89. SCILTER Ex. 38. §. 100. LAUTERBACH ad Tit. de condit. & demonstrat. §. 2. GERDES. diff. C. V. §. 34.*

## §. 29.

Tandem ab ipsis stipendiorum fundatoribus vel a Magistratu constituitur Inspector vel Executor Stipendiorum. Si quando vero hi administratores vel Executores negligentes sese gerant, tunc ad officium Consistorii pertinet, in rectam viam illos reducere. *CARPZ. Jurisprud. eccles. L. 11. Def. 325. Excell. Dnus de BALTHASAR Anmerk. über die Pom. Kirch. Ord. Tom. I. p. 523.* Idem est receptum in patria nostra *vid. die Kirch. Ord. P. III. Tit. von der Kirchen-Disciplin. it. Verzeichniß, was für Sachen für das Consistorium. Gen. Kirch. Visti. Instr. de 1655. Consist. Instr. de 1651. P. II. §. 6.*

§. 30.



Is, cui stipendium est constitutum, plenum ejus dominium acquirit. Ergo ipso Jure illius fit dominus tam quoad proprietatem quam usumfructum, vindicat sibi ejus dominium mediante actione in rem. Dominium Legati ad stipendia illico a morte testatoris seu fundatoris transit in eum, nec opus est traditione in legatarium præcedente. An etiam donatione dominium sine accedente traditione transferatur in beneficiarium, agitatio mentis nostræ hæsitat, fluctuat, atque vertigine cogitationum volvitur, revolvitur & trutinatur, cum *L. 20. C. de pactis*, rerum dominia non nudis pactis & contractibus, sed traditionibus transferri dicitur. Stipendiatu privata autoritate ejus & propria possessionem stipendii arripere prohibetur, per ipsum vero donatorem seu ejus heredes recte in possessionem immittitur. *MEV. P. 7. dec. 298. n. 3.*

§. 31.

Beneficiarius tacitam in bonis constituentis habet hypothecam. *L. 23. §. 1. C. de S. S. Eccles.* non solum in bonis allodialibus sed & feudalibus, posterius evincit *MEV. P. 2. dec. 259. n. 2.* & singulari in Pomerania consuetudine valere ibidem affirmat. De Jure Lubecensi, si plus ac in facultatibus legatum est, Legata ad pias causas integra solvuntur, nec singulorum Legata diminuuntur. Notatu maxime dignus casus obvenit, quod præter Jus tacitæ hypothecæ Legata ad pias causas in concursu Creditorum prælationis privilegio gaudeant *vi constitutionis Pomeraniæ de debitis Ecclesiasticis in Comitibus Wolgastanis d. 6. Dec. 1662.* approbatæ & a Serenissimo Suecorum Rege confirmatæ. Passum concernentem quoad ipsissima verba §. 1. adducam: „Danächst dieselbe (piæ causæ) hinführo mittelst dieser einhellig beliebten Hypothecariis tam publicam quam privatam, tam generalem, quam specialem hypothecam habentibus, auch dem doti, dessen Verbesserung und sämtlich eingebrachten der adellich und Bürger-Frauen und Wittwen gepräferiret und vorgezogen werden sollen.“





## §. 32.

Præter reales actiones etiam personales competunt beneficiario ad promissum stipendium consequendum. Si inter vivos sit constitutum nulla habetur ratio, num pacto nudo, num stipulatione promissum. MEV. P. V. D. 407. n. 3. Idem etiam habet locum, quando per modum stipulationis fuerit concessum. EICKHOLT *ad Tit. de Donat.* §. 13. Constituto, vel in testamento, vel in codicillo, datur stipendiatio actio personalis ex testamento. §. 2. *J. de Legat. L. 69. §. fin. L. 82. pr. D. de leg. 1.* GERDES. *cit. diff. cap. VI. §. 43.*

## §. 33.

Stipendium indefinite sine certæ personæ expressione aut certæ quantitatis constitutum, præstandum est non obstante incertitudine, quæ alias dispositionem sententiæ, contractus vel ultimæ voluntatis vitiat. §. 27. *J. de Legat.* Præstandi vero hoc casu sunt solummodo sumtus necessarii, non vero utiles & voluptuarii. GERDES. *all. diff. Cap. VI. §. 44.*

## §. 34.

Heres, fundo, ex cujus rebus sumtus studiorum præstari debent, evicto, nihilominus illos sumtus aliunde præstare tenetur. *L. 58. D. de Evict. L. 29. §. pen. D. de Leg.* Idem etiam habet locum, si cesserit nomen, cujus debitor non est solvendo, ut ut alias in nominis cessione bonitas ejusdem non præstetur. Hoc namque casu etiam ad præstandam bonitatem heres est obstrictus. Tenetur enim heres voluntatem defuncti adimplere, id quod non præstat, si quando nomen det idoneum. vid. GERDES. *l. cit. §. 45.*

## §. 35.

Circa competentiam judicis notanda est Ordinatio Ecclesiastica Pomeraniæ P. III. *Tit. Verzeichniß was für Sachen &c. it. Instruēt. Confist. Reg. Confist. P. II. §. 5.* quæ causas stipen-



pendiorum defert ad Consistorium, processu summario ventilandas. Jus Romanum e contrario Studiosis, ad classem pauperum relatis, concessit hoc privilegium, ut immediatè ad curiam Imperatoris provocare queant. *L. un. C. quando Imp. int. pup. & vid.* Quod tamen hodie mutata forma jurisdictionis in Germania ab usu recessit. STEPHANI *de Jurisdic. L. I. C. 31. n. 44.* GERDES. *l. c. §. 46.*

## §. 36.

Orto & pendente concursu nihilominus Legatum ad stipendia est præstandum, attentis vero aliorum fortioribus juribus. vid. *Constit. Pomer. de debitis Ecclesiasticis §. 2.*

## §. 37.

Morte stipendiati extinguitur stipendium. Sed an fundatoris poenitentia revocari possit? quæritur. Porro ob beneficiarii ingratitude, abusum stipendii, ob finem non impletum stipendium amitti posse regulis justitiæ ac æquitatis est conveniens. *Conf. Ord. Eccles. Pom. p. 5. Tit. von Studenten.*

## §. 38.

Legata ad pias causas sunt favorabilia ideo quia voluntas defuncti plenior & benignior accipi debeat & generatim judicanda ex favore, quem Legis iis tribuunt. Non subjecta detractioni Falcidiæ.

## §. 39.

Patriæ nostræ stipendia quod attinet, primum locum hic occupant Stipendia Academiæ Gryphiswaldensis. vid. *Ill. Dni de BALTHASAR von den Stipendien und Vermächtnissen. Greifsw. 1750. it. seine Anmerkungen über die Kirch. Ordn. Tom. I. p. 297. seqq.*

Sundenium omnium indolem ac naturam determinandi notitia exactiori sumus destituti.

Præter Levianum, Schwarzianum, Baudewinianum, & quæ præstantur ex vicaria Gyllenhusiana & Siegfriidiana, imprimis Staudianum, quod, qui dum viveret Cancellariæ Regni Sueciæ fuit a Consiliis Dnus de STAUDE fundavit, inter majora refertur. Idem præter hoc stipendium Gymnasio Sundenfi legavit Nummo phylaceum duas series Cæsarum continens,



tinens, alteram argenteam a C. Jul. Cæsare usque ad Posthumum & Tyrannos, alteram ex aere Cyprio confectam ab eodem Jul. Cæsare usque ad Heraclium Imperatorem, cum gemmis quibusdam antiquis & collectione librorum ad rem Numismaticam veterum facientium. In cujus memoriam immortalē testamentum ab eo conditum, loco mantissæ, huic dissertationi adjungere omnino operæ pretium esse censuimus.

---

COROLLARIA.

- 1) In legatis ad pias causas sufficiunt duo testes, imo testes etiam inhabiles admittuntur.
- 2) Legatum ad pias causas valet etiam absque testibus modo de voluntate testatoris determinata aliunde constet.
- 3) Nutu etiam legari posse ad pias causas statuendum.
- 4) Valet legatum ad pias causas modo de proposito se legatum esse mille certo constet, quamvis morte præventus non vere & actu legaverit testator.
- 5) In legato ad pias causas sola schedula a testatore subscripta sufficit.
- 6) Legatum ad pios usus in testamento invalido subsistit.
- 7) Argumenta quibus olim Clerici ad legandum ad pios usus induxerunt Laicos persuasoria plerumque impia fuerunt, & qui ita legarunt, quamvis post fata pii dicti, magis tamen cognomen simplicis quam pii meruerunt.
- 8) Christianos & moribundos ad legandum ad pios usus admonere, non quidem improbandum immo ex legibus nostris provincialibus ecclesiasticis clericis id injunctum est, modo modeste id fiat, & liberæ voluntati non vis inferatur.

---

Wohl



Wohlgebohrne,

Hoch- und Wohl-Edle, Beste, Hoch-  
und Wohlgelahrte, Hoch- und Wohl-  
weise Herren Bürgermeistere und Rath  
der Löblichen Stadt Stralsund

Hochgeehrte Herren und werthe Freunde.

**S**elchwie die meinem geliebten Vaterlande jehero zugehegte pietät und Treue ohnabseßlich conservire. Also habe mittelst in originali angeschlossener Stiftung und Verordnung die letzte Probe darab bezeigen, und zu Tage legen wollen, Meine Hochgeehrte Herren alles Fleißes ersuchend, daß sie belieben wollen, die Ob-  
sorge wegen deren Vollziehung ohnschwer zu übernehmen, und Hand darüber zu halten, damit dem Inhalt in allen Stücken ohnverbrüchlich und beständig hingelebet werde. Gleichbann deshalb umb so mehr ein vollkommenes und festes Vertrauen in Meine Hochgeehrte Herren gesetzt habe, als meine darunter geäußerte Wohlmeynung zu einem immerwährenden Dienst und Nutzen gemeiner Stadt hauptsächlich abzielet und gereichlich ist, welcher Ich beständiges Aufnehmen und Gebeyen von Herzen erwünsche, und mit aufrichtiger Begierde lebenslang zu seyn beharre

Meiner Hochgeehrten Herren und wer-  
theften Freunde

Stockholm  
den 8 May 1717.

Ergebenster Diener  
Christian von Staude.

☉

Chri-





# Christian von Stauden

zur Ehre Gottes und des Vaterlandes Dienst  
gemeine Stiftung.

**W**ann die Pflichten eines guten Christen und rechtschaffenen Patrioten erfordert, zur Ehre Gottes, und des Vaterlandes Dienst und Wohlstand, allen möglichsten Beytrag anzuwenden, und ich solche pflichtmäßige Pietat ohnablässig besinne; Als habe mittelst nachstehenden wohlgemeyneten Stiftung, eine zwar geringe, doch treuerzliche Probe darab bezeigen und zu Tage legen wollen, zu Jeho Königl. Majestät meinen Allergnädigsten König und Herrn, mithin zu alle und jede Potentaten, Fürsten, Staaten, und Herren, sampt Dero Befehlshabere, wie auch Jedermänniglichen denen diese Stiftung etwa vorkommen möchte, des unterthänigsten und demüthigsten zuversichtlichen Vertrauens gelebend, gleichdann in tiefster devotion, und geziemender Ehrerbietung, darumb ansehe, und ansuche, Sie wollen und werden nicht zugeben, daß, was aus einer so Christlichen intention, und zu so gemeinnützigem Zweck gestiftet und verordnet, durch arger und gewissenloser Menschen bösen Willen, unter wasserley Schein und pretext angefochten, oder behindert, weniger geschmälert, oder entwendet werde, sondern fast mehr ein so heilsahmes zur Ehre Gottes, und gemeinen Wohlstand gemeintes Werk mit mächtigen Schutz-Arm zu handhaben, und durch erspriessliche Beywirkung zum Zweck zu befördern, geruhen und Jhnen Bestens angelegen seyn lassen, sodann von dem grossen Gott zeitlichen und ewigen Segen, wie auch von der gegenwärtigen und spätem Nachwelt unsterblichen Ruhm und Dank dagegen sicherlich gewärtigen.

Das gesamppte Capital, worüber diese meine Stiftung geschiehet, und worunter meines genauesten Wissens und Ermessens, kein Heller unrechtmäßigen Gutes ist, bestehet in Vierzechen Tausend Reichsthaler oder 84000 Nthlr. Kupfer-Münze.

Solches



Solches Capital soll jehin ein unveräußerlicher, unrißlicher, beständiger Fonds seyn, und zu immerwährenden Zeiten verbleiben, worab allein die Zinsen zu erheben, und anzuwenden, gleich hiernächst verordnet.

Von besagten Capital verordne hiemit Zwölff Tausend Reichsthaler für meine Schwester Agnes Dorothea Stauden solchergestalt, daß sie die darab fallende jährliche gesamte Zinsen lebenslang zu erheben, und zu genießen haben solle. Da auch ermeldte meine Schwester Leibes-Erben nachlassen sollte, so fällt der Genieß solcher Zinsen denenselben ebenmäßig allein zu, so lange Dero Männliche, oder bey deren Abgang, Weibliche Abkommende, und deren Posterität, vorhanden seyn werden. Da dann der Name und Wapen der Stauden von denenselben soll aufgenommen und beständighin geführt werden; und Linie nach Linie, zuorderst der Erstste, auch so forthin in dessen Abkommenden, zu seiner Erziehung durch Studiren und Reisen, dieser Zinsen ganz und ungetheilt zu genießen haben.

Sollte aber ermeldte meine Schwester ohne Leibes-Erben abgehen, so soll gedachte Ihr zugeordnete Haupt-Summa der Zwölff Tausend Reichsthaler in zweene Theile getheilet werden, und die darab fallende jährliche Zinsen, beydes zu meiner Väter- und Mütterlichen Familien Aufnehmen und beständigen Erhaltung, hiemitteilst destiniret und verordnet seyn, nemlich der Erste Theil jetztbesagter Haupt-Summa zu Sieben Tausend Reichsthaler, für die Familie derer Stauden, und der Andere Theil zu Fünf Tausend Reichsthaler, für die Familie derer Illies.

Anbelangend den ersten Theil, nemlich die Sieben Tausend Reichsthaler, so will hiemit verordnet haben, daß bey erstentstehenden Fall, die von meiner an Weyland Praepositum zu Cammin Herrn Rubach verheyrahteten, Aeltern Vatern Schwester Abkommende Männliche, samt Dero Männlichen Posterität, da Sie dieser gutwilligen Stiftung theilhaftig zu seyn verlangen sollten, sodann zuorderst zum Genieß der darab jährlich fallenden Zinsen admittiret werden und gelangen sollen, solchergestalt, daß allemahl zuerst die Erste Linie, und in derselben der Erste (dafern nicht etwa einige den Zweck dieser Stiftung behindernde Unfähigkeit denselben vorbeizugehen veranlassen sollte) samt dessen Männlichen Abkommenden, und so forthin Linie nach Linie,



mitteltst Aufnehmung und beständiger Führung des Nahmens der Stauden, wie auch dero Wapens zum Unterscheid derer in Liefand, und etwo anderswo befindlichen Fremden genannten von Stauden nicht allein für sich, von dessen ersten Jahren an, zu seiner desto besseren Erziehung, mit hin auf Schulen, Academien, und Reisen, welches letztere zu seiner Zeit keinesweges zu unterlassen, dieser Zinsen ganz und ungetheilt zu genieffen haben, sondern auch beständig hin successi-ve auf seine Männliche Abkommende so lange deren vorhanden, bringen solle.

Im Fall die von denen Söhnen gedachter Watern-Schwester abkommende Männliche ermangeln solten, so sollen die von denen Töchtern besagter Vater-Schwester herstammende Männliche successi-ve Linie nach Linie, mitteltst Aufnehmung und Führung des Nahmens und Wapens der Stauden in den Genieß dieser Zinsen treten. Und da auch dieselben abgehen solten, sodann die Weibliche, beydes von denen Söhnen und denen Töchtern gedachter Vater-Schwester, in ihrer Männlichen Posteritatz auf gleiche Weise dazu gelangen. Wann etwa die von gedachten Watern-Schwester Abkommende ermangeln solten, und einige abseiten der väterlichen Groß- und Vor-Eltern erweislich herstammende sich aufgeben oder zu erfragen seyn möchten; So sollen auch dieselben, mitteltst Aufnehmung und Führung des Nahmens der Stauden, zum Genieß dieser Zinsen, auf gleiche Weise als vorhin verordnet worden, zugelassen werden. Alles lediglich unter Direction, Gutbefinden, und endlicher Maßgebung derer H. Hr. Executorum nach dem Zweck dieser Verordnung und darin bereitem Inhalts befindlichen Bedingungen, bey Verlust des Genießes der Stiftung, da jemand solche Bedingungen erfüllen zu können etwa nicht im Stande seyn, oder ihm nicht gelegentlich halten möchte.

Da auch von Seiten der Väterlichen Groß- und Vor-Eltern keine Angehörige mehr vorhanden wären: So sollen sodann die von der Mütterlichen Seiten herstammende, nemlich die Illies, den gänzlichen Abgang derer so väterlicher seits den Nahmen der Stauden zu führen fähig, ersetzen, und mitteltst Wiederaufnehmung und Führung des Nahmens und Wapens der Stauden, auch in den Genieß der Zinsen des Ersten Theils treten auf gleiche Weise, als jeso für die Stauden verordnet worden. Anreichend den andern Theil obbesagter Haupt-Summa,



